19

Aus dem Institut für Geschichte der Medizin an der Universität Leipzig. — (Direktor: Geh. Medizinal-Rat Prof. Dr. Sudhoff).

Ein Liber de urinis

des Breslauer Codex Salernitanus

Inaugural - Dissertation

zur Erlangung der Doktorwürde in Medizin, Chirurgie und Geburtshilfe der hohen medizinischen Fakultät der Universität Leipzig

vorgelegt von

Albert Kadner

Arzt und Zahnarzt in Leipzig.

Druck von Otto Buchholz, Hamburg, Brandstwiete 1-3.

Gedruckt mit Genehmigung der Medizinischen Fakultät
der Universität Leipzig
23. Juni 1919
Referent: Herr Geheimer Medizinalrat Prof. Dr. Sudhoff.



Meinen Eltern gewidmet.

Die Blütezeit der salernitanischen Schule fällt im wesentlichen in das 12. Jahrhundert, in die Zeit, wo auch andere Disciplinen nach längerer Untätigkeit wieder aufblühten, wo überhaupt das ganze kulturelle und wirtschaftliche Leben durch die damaligen politischen[1]) Verhältnisse einen Ansporn zu reger Entfaltung erhielt. Waren bisher nur vereinzelte literarische Werke entstanden, die meistens Nachbildungen oder einfache Uebertragungen aus dem Griechischen waren und die, wie Neuburger[2]) sagt »auf jenen Traditionen unverfälscht griechisch-römischen Ursprungs, wie sie sich in den dunklen Jahrhunderten des frühen Mittelalters fortgepflanzt hatten, beruhten«, so sehen wir jetzt den geistigen Aufschwung aus den Traktaten, die uns in nicht geringer Anzahl erhalten geblieben sind. Der Hauptanteil in der Anregung dieses Fortschrittes gebührt zweifellos dem Constantinus Africanus, der zwar auch in der Hauptsache noch ältere medicinische Abhandlungen übersetzte, jedoch durch seine ausgedehnte literarische Tätigkeit den Antrieb zu weiterem literarischen Wirken gab. Er soll im Jahre 1087 gestorben sein, so daß seine Haupttätigkeit in die Jahre nach 1060 fallen dürfte. »Mit der zweiten Hälfte des 11. Jahrhunderts beginnt in Salerno ein frischeres wissenschaftliches Leben, das sich in einer ganzen Reihe literarischer Werke dokumentiert«.[3]) Aus dem Ende des 11. und dem Anfange und weiteren Verlaufe des 12. Jahrhunderts stammen die Schriften unter dem Namen des Johannes Afflacius, Mag. Bartholomaeus, Copho, Joh. Platearius, Archimatthaeus, Nicolaus, Richardus, Petrus Musandinus, Mag. Salernus, Maurus, Urso, Roger von Salerno, Benvenuto Graffeo di Salerno und schließlich des Aegidius Corboliensis, dessen literarische Tätigkeit sich hauptsächlich nach seiner Rückkehr nach Frankreich abspielte. Die meisten dieser Schriften handeln über Fieber, Puls und Urin, denn aus den Veränderungen dieser leiteten die damaligen

[1]) Neuburger, Gesch. d. Medic. 1911. II, 1. S. 278
[2]) Neuburger, Gesch. d. Medic. 1911. II, 1. S. 283
[3]) Sudhoff, Pagels Einführung in die Gesch. d. Medic. S. 172

Ärzte ihre Krankheitserkenntnis her, und diese Theorie herrschte mehrere Jahrhunderte.

Lange Zeit verstaubten die alten Blätter in den Bibliotheken, bis man erst in jüngster Zeit wieder anfing, sie ans Licht zu ziehen. Im Jahre 1837 entdeckte Henschel im Magdalenen-Gymnasium zu Breslau einen alten Codex, den er im Janus näher beschrieb und erklärte. 1852—1859 gab De Renzi in Neapel die Collectio Salernitana heraus, 1901 Piero Giacosa einen umfassenden Nachtrag hierzu, und in den letzten Jahren sind aus dem Institut für Geschichte der Med. in Leipzig unter Sudhoffs Leitung mehrere Dissertationen hervorgegangen, in denen solche bisher noch unbekannte Traktate veröffentlicht werden. In nächster Zeit sollen dortselbst noch weitere unbekannte Traktate aus dem von Henschel entdeckten Breslauer Codex veröffentlicht werden. Henschel[1]) meint, der Codex stamme aus dem letzten Drittel des XII. Jahrhunderts, was er »durch die Form der Buchstaben, die den Übergang zur Mönchsschrift des XIII. Jahrhunderts macht, ihr jedoch noch nicht angehört« als bewiesen erachtet. Neuere paläographische Untersuchung kann diese Ansicht nur im wesentlichen bestätigen. Der Hauptteil des Breslauer Codex Salernitanus dürfte zwischen 1160 und 1170 niedergeschrieben sein.

Auf Blatt 156 r. Columne I Mitte dieses Codex beginnt eine Schrift über den Urin, die der Gegenstand vorliegender Abhandlung ist und die von Henschel dem Platearius zugeschrieben wurde.[2]) Die Schrift beginnt mit einem Bildnis, das mit intensiven Farben gemalt ist, die sich bis heute in alter Frische erhalten haben. Aus glänzend goldenem Grunde erhebt sich eine Art Sessel, auf dem ein Arzt sitzt und ein Uringlas gegen das Licht hält, umrahmt von einem großen D, das den Anfangsbuchstaben des Traktates darstellt. In der linken unteren Ecke sind die Falten des hellbräunlichen Gewandes so gezeichnet, daß ihre schwarze Umrandung sich zu dem Buchstaben vereinigt, einem M. Vielleicht will der Maler damit den Arzt andeuten, dessen Lehre hier wiedergegeben ist. Über das hellbräunliche, talarartige Gewand trägt der Arzt einen kurzen schwarz-weiß gewürfelten Mantel, auf dem Haupte ein Barett, das mit seinem rötlichen Rande und seinem Mittelknopfe fast

[1]) Janus 1846, S. 42
[2]) Janus 1846, S. 58

die Form einer Mauerkrone annimmt, aber zweifellos ein Doktorbarett darstellen soll, wie es auch andere gelehrte Autoren in den Initialen dieses Buches aufweisen, die sicher Salernitaner Docenten bezw. Fakultätsmitglieder darstellen sollen, während der Autor, der bei einem unter dem Namen des Galens aufgeführten Traktat im Initial gemalt sich findet und offenbar den Galen darstellen soll, mehr einen altklassischen Cäsarentypus aufweist und nur in schüchterner Andeutung auf dem Haupte eine Art Krone erkennen läßt. Die Schrift selbst ist sehr sauber geschrieben und im Allgemeinen gut leserlich, enthält jedoch so viele Abkürzungen, und zwar keineswegs in Form der gebräuchlichen Siglen, sondern willkürlicher Weglassungen des Wortschlusses, ja oft des ganzen Wortrestes außer ein bis zwei Anfangsbuchstaben, daß viele Worte oder Wortreste erst durch den Vergleich mit anderen Handschriften dieser Zeit festgestellt werden konnten. Im Folgenden gebe ich die Schrift wieder und knüpfe daran die Betrachtungen über den Verfasser, indem ich auch andere Handschriften zum Vergleiche heranziehe.

(Blatt 156 recto)

Incipit liber de urinis.

De urinis tractaturi, quid sit urina, quot modis[1]) consideretur, quot in eius collectione et inspectione attendantur et quot modis alteretur et quae[1]) ex urinis utilitas[1]) comparetur et quid[1])
I. unaquaeque habeat significare, videamus. Ysaac[2]) attestante: urina est colamentum sanguinis et aliorum humorum ex actione virtutis innatum. Theophilus[3]) autem dicit: Urina est colamentum sanguinis. Unde vel videtur diminute dixisse vel Ysaac superflue. Neutrum tamen verum est. In diffinitione enim Theophili subintelligendum est naturale, quod erit idem, et
10 quod dixit Ysaac, ex actione virtutis innatum; intellexit etiam Theophilus per sanguinem sanguineam massam, in qua continentur et alii humores, cum sanguis adeo purus non possit exire, quin cum eo omnes alii exeant humores vel per sanguinem anthonomasice intellexit alios humores, cum sanguis dignior
II. sit aliis. Consideratur autem urina in quantitate, qualitate et tempore; in quantitate, an virtus sit multa vel pauca vel mediocris. Est autem multa quandoque in sanis quandoque in egris et in sanis ex multo cibo et potu vel ex fortitudine attractivae virtutis epatis. Ex multo enim cibo et potu multa
20 generatur succositas, ex qua multa urina. Accidit etiam ex attractivae virtutis epatis fortitudine, quia multam succositatem attrahit ab intestinis, unde multa urina et pauca egestio. Unde Ypokras[4]): Urina multa noctu micta modicum secessum significat et converso. In egris autem fit multa vel vi naturae, ut in die cretico praecedentibus signis digestionis, vel vi synthomatis, quod fit vel ex multitudine materiae vel ex acumine ipsius, vel ex liquiditate eiusdem, vel ex apertione pororum, vel ex debilitate virtutis retentivae. Si autem appareat multa in principio vi sinthomatis et cum fortitudine egri, significat mor-
30 bum prolixum et eucritum, sicut debilitate egri prolixit et discritur. Item si sit pauca quandoque in sanis quandoque in egris, in sanis vel ex pauco cibo et potu, cum ex tali paucitate parva generetur succositas, ex qua pauca urina, vel ex debilitate attractivae virtutis epatis, paucam succositatem ab intestinis

---

[1]) Henschel, Janus 1846. S. 56. : . . .methodis . . .quid - - - -utiliter

[2]) vgl. Peine, Harnschrift des Isaac Judaeus S. 10: Urina est colamentum sanguinis ceterorumque humorum de naturae quidem actionibus natum.

[3]) vgl. Articella Bl 11 v.: Urina est colamentum sanguinis et aliorum humorum.

[4]) Hippokr. Aphorism. IV, 83 (aus der Articella) Bl. 28 r: Urina multa facta noctu modicum secessum significat et econverso.

attrahentis, unde pauca urina et multa egestio. In egris autem fit pauca vel vi naturae vel quando materia aliis modis expurgetur, scilicet vel per sudorem vel per fluxum sanguinis vel alio modo vel vi sinthomatis, ut ex nimio febrili calore liquidiores partes modo consumente, unde urina redditur pauca et spissa et feculenta, vel ex spissitudine et viscositate materiae, vel ex pororum constrictione, vel ex debilitate virtutis attractivae, mediocris autem ex mediocritate praedictorum et laudatur. ℸ Qualitas autem urinae attenditur in colore, odore et liquore; in colore cuius scilicet coloris sit, sed inter omnes colores isti laudantur in urina: subrufus, rufus, subrubeus, paululum participant ruboris propter limpitudinem. Alii vituperantur secundum magis et minus, quia caliditatis vel frigiditatis significant excessum, quidam etiam minus laudantur. In odore autem quia cum omnis urina debeat esse gravis odoris, eo quod sit superfluitas humorum. Tamen multa sunt, quarum odor satis tolerari potest, quaedam sunt, quarum odor vix potest tolerari, et si sit gravis odor significatur materiei corruptio, si focidus[1]) ostenditur humorum putrefactio. In liquore autem utrum sit tenuis vel spissa vel mediocris; omnis enim urina est tenuis vel spissa vel mediocris, sed tenuis aut magis tenuis aut minus tenuis, similiter spissa aut magis spissa aut minus spissa est et perfecte mediocris inter istas. Tenuitas autem fit in urina vel ex moderato calore vel ex moderata frigiditate vel ex siccitate. Moderatus enim calor partes urinae sufficit dissolvere et attenuando subtiliare, sed subtilitas non sufficit consumere. Quare urina tenuis apparet, idem fit ex moderata frigiditate, ea enim calori resistente calor fit moderatus, et licet partes possit dissolvere et subtiliare, tamen non sufficit consumere. Siccitas etiam simile operatur; siccitatis enim est spiritus subtiliare, qui subtiliati et partibus urinae interpositi partes a partibus dividendo urinam subtiliant, unde redditur urina tenuis; spissa autem fit ex humidiate vel immoderato calore vel immoderata frigiditate. Ex humiditate autem, quia ex ea multi et spissi generantur humores, ex quorum ammixtione urina inspissatur. Ex calore enim immoderato liquidiores partes urinae et humores consumuntur, et quod remanet, est spissum et feculentum et ideo urina inspissatur sicut fit in melle bulliente ad ignem, cuius partes prius dissolvuntur et rarefiunt, sed post calore in eo agente immoderate liquidioribus partibus consumptis inspissatur. Ex frigiditate vero inmoderata ratione constrictionis urina condensatur, frigiditate motum ad centrum habente et partes ipsius urinae coadunante et constringente, sicut aqua nimia frigiditate coagulata transit in glaciem. Mediocritas autem fit ex contemperantia et mediocritate omnium praedictorum. Ex qua autem omnium praedictarum causarum fiat tenuis vel spissa

[1]) soll wahrscheinlich fetidus heißen.

substantia in urina, ex coloribus ipsarum urina dinoscetur. Si enim fit urina tenuis cum colore mediocri et mediocri quantitate, tenuitas illa fit ex moderato calore vel ex moderata frigiditate. Si vero sit tenuitas cum calore significante excessum caliditatis vel frigiditatis et multa sit urina, praecipue tenuitas fit ex siccitate. Item si sit spissitudo cum colore mediocritatem significante, fit ex sola humiditate, si vero cum colore excessum
(Blatt 156 verso) caliditatis significante fit ex immoderato # calore. Si cum colore excessum frigiditatis significante ex immoderata frigiditate. ¶ Tempus autem consideratur in urina, an fiat in principio egritudinis, an in die cretico. Multa enim in principio ante digestionem materiei vituperatur, sed in die cretico iam
De collectione III. perfecta digestione laudatur. ¶ In collectione tria considerantur: tempus, locus et quantitas. Tempus collectionis laudabile est hora matutina, quando triplex perfecta est digestio, tunc enim lesionis et vel perfectionis digestionis melius est significare, non in nocte, quando nondum perfecta est digestio, nec in die cum multis accidentibus alteretur urina. Locus optimus est vas vitreum, album et clarum, superius angustum, inferius latum et in modum vesicae humanae formatum. Ut urinae color et substantia talis, qualis est, percipiatur et ut iacuit in vesica ita in vase reponitur, debet autem tale vas operiri, ne aliud incidat et ne ab aere corrumpatur, nec debet de loco ad locum transferri, nec de vase in vas mutari; his etenim omnibus substantia urinae et color sepius alteratur. Quantitas in collectione est attendenda, tota enim debet colligi nec inde aliud debet effundi, ne hypostasis, quae principaliorem significat corporis actionem, effundatur, et quia sui quantitate mortis vel salutis est declarata.

Nam si fit in febribus urina nigra et multa in die cretico, salutem significat et melancholici humoris purgationem, si pauca, mortem denuntiat. ¶ In inspectione urinae tria similiter attendimus, quando et quomodo et quotiens videri oporteat. Quando statim cum micta est, ut tunc color et substantia eius percipia-
De inspectione IIII. tur; posset enim eius substantia permutari, quandoque enim mingitur tenuis et manet tenuis, quandoque tenuis et fit spissa, quandoque spissa et manet spissa, quandoque spissa et fit tenuis et manet tenuis significat summam indigestionem, quando tenuis et fit spissa digestionis principium denotatur, quando spissa et manet spissa, multam significat humoris turbationem, quando spissa et fit tenuis significat materiei purgationem et digestionem. Quomodo in loco lucido solis splendori opposito. Si autem pro nimia claritate aeris visibilis spiritus acies reverberetur, praeponatur altera manus vasi vitreo, ut urinae proprietates melius

---

¶ Attenduntur in urina XVIIII colores, qui sunt hi: Albus, lacteus, glaucus, karopos, subpallidus, pallidus, subcitrinus, citrinus, subrufus, rufus, subrubeus, rubeus, subrubicundus, rubicundus, inopos, kianos, viridis, lividus et niger. — Diese Anmerkung befindet sich auf Blatt 156 recto unter den Columnen, darunter steht eine andere, die, nach der Schrift zu urteilen, ungefähr 30 Jahre später von anderer Hand geschrieben ist und folgendermaßen beginnt: glaucus color ad modum auri, karopos ad modum vini . . . . Durch Beschneiden des Blattes ist die Anmerkung verstümmelt.

dinoscantur. ¶ Quotiens statim cum mingitur ut cuius substantiae, sit conprehendatur et possibile cum intervallo, ut eius permutatio vel permanentia percipiatur. Debet etiam colligi secundum Constantinum ante potum aquae, ne color urinae mutetur et ante cibum, ne colera mittatur ad digerendum cibum, urina remaneat alba, sed quia ex his et ex aliis multis in urinarum saepius fallimur iudiciis, ut minus fallamur ad ea, ex quibus urinae permutantur, accedamus. Alteratur enim ex cibo et potu, exercitio et quiete, sexu et aetate, complexione anni et morborum temporibus et ex quibusdam aliis. ¶ Ex cibis autem et potibus duppliciter immutatur ex quantitate et qualitate, et ex quantitate duppliciter, quia vel ex multitudine vel ex paucitate. Ex multidudine, quia multi cibi albae et tenues urinae sunt causa, multi enim cibi in stomacho assumpti pro multitudine sui repugnant digestioni, unde succositas non perfecte digesta mittittur ad epar. Ex qua succositate indigesta potius fieri quam calidi generantur humores, quorum cum generaliter superfluitas sit urina, quae ex natura sua est alba et tenuis, nec generentur ibi calidi humores, ex quibus possit colorari, remanet, quamvis est in natura sua scilicet discolorata et tenuis. Ex paucitate vero ciborum et potuum urina fit colorata et tenuis; ex tali enim paucitate defitiente humiditati sequitur siccitas, qua exacuente calorem et partes grossas subtiliante fit urina colorata et tenuis. ¶ Ex qualitate ciborum et potu alteratur urina, quia caliditas cibi et potus coloratam, frigiditas discoloratam, siccitas tenuem, humiditas spissam reddunt urinam. Caliditas coloratam, quia earum calor naturalem corporis calorem auget, unde melior celebratur digestio et calidiores generantur humores, ex quibus non inmerito coloratur urina; frigiditas discoloratam, quia eorum frigiditate caliditatis naturalis effectus reprimitur, unde non tanta fit ebullitio in cibum quanta necesse est, et ideo pro indigestione albatio. ¶ Qualiter ex siccitate tenues, ex humiditate habeant fieri spissae, diximus, sed etiam ex colore assumptorum quandoque coloratur urina, ut ex reubarbaro sumpto quandoque fit crocea, qualis scilicet apparet in patiente calefactionem epatis. Nullus ergo repente praesumat dare iudicium de urina, sed prius quaerat de dieta et de aliis. ¶ Ex sexu variantur, quia cum viri sint naturaliter calidiores et sicciores et mulieres frigidiores et humidiores, in viris debent apparere coloratiores et tenues, in mulieribus discoloratiores et spissiores, unde in viro urina discolorata maius debet significare malum quam in muliere, et in muliere urina colorata maius malum quam in viro, sed cum et in muliere et in sene appareat urina discolorata et spissa, in hoc differt, quia in muliere praecipue iuvencula apparet urina discolorata et spissa, cum quadam claritate in senibus aut cum quadam obscuritate ex defectu naturalis caloris. ¶ Ex exercitio et quiete, quia ex exercitio fit colorata et tenuis, ex quiete discolorata et spissa; ex exercitio enim praecipue

Qualiter immutetur urina.

Qualiter ex quantitate ciborum et potum immutetur urina.

Qualiter ex qualitate ciborum.

Qualiter ex sexu

Qualiter ex exercitio et quiete

moderato confortatur calor, unde viget digestio, ex qua perfecta caloris generatis humoris merito coloratur urina; ex quiete autem infrigidantur exteriora, quare fumositates retentae non possunt evaporare, et ex eis retentis et conculcatis multae creantur humiditates, ex quibus impedita digestione fit urina discolorata et spissa, et quod ex tali retentione et conculcatione fumositatis creentur humiditates, patet in balneo. ¶ Ex aetate similiter variantur, quia in pueris, cum sint calidi et humidi, debent urinae apparere coloratae et spissae, sed tamen cum per gulositatem in eis impediatur digestio et pro meatuum angustia grossae superfluitates prohibeantur descendere cum urina fere semper habent urinas discoloratas et tenues, unde urina parum colorata in puero maius malum significat quam multum colorata in iuvene. Nam subcitrina vel citrina in puero usque ad XVIII annum quartae vel duplicis est significativa. In iuventute autem, quia calida est et sicca, debent esse coloratae et tenues, senes vero, qui sunt in prima senectute pro frigiditate et siccitate fatiente indigestionem dicoloratae et tenues debent esse, unde, si videantur aequaliter discoloratae in iuvene et in sene, maius periculum ostendit in iuvene quam in sene, et si aequaliter coloratae maius periculum in sene quam in iuvene. In ultimo autem senio, licet sit naturaliter frigidum et siccum, tamen pro nimia accidentali flegmatis collectione debent esse discoloratae et spissae.

Qualiter ex aetate.

Rubrica.

¶ Ex complexone etiam variantur, quia ex complexone calida et sicca fit colorata et tenuis, ex calida et humida colorata et spissa, ex frigiditate et siccitate discolorata et tenuis, ex frigiditate et humiditate discolorata et spissa, ex temperata complexone mediocris in calore et substantia. ¶ Ex temporibus anni similiter, quia in vere sunt coloratae et spissae, in estate coloratae et tenues, in autumpno discoloratae et tenues, in hyeme discoloratae et spissae. Aliter enim ex temporibus anni, quia, quae in estate est tertianae significativa, in autumpno quartanae, ut subrufa vel rufa vel tenuis, et quae in estate minorem significat, in hieme materiam in spiritualibus, vel in viis urinalibus vel in matrice in muliere. ¶ Ex morborum temporibus variantur urinae significata, quia quae in principio apparens significat prolixitatem et maxime in die cretico et praecendentibus signis digestionis morbi dissolutionem, et quandoque flegmatis vitrei digestionem significat, ut urina discolorata et tenuis et multa, et quae in principio morbi significat tercianam, multo tempore praecedente erraticam vel quartanam, et quae in principio significat calefactionem epatis et yctericiam praesentem vel futuram, multo tempore praecendente erraticam vel quartanam quandoque ut urina inopos cum spuma crocea, et quae in quarto die vel deinceps significat simplicem tercianam, primo die morbi talis apparens significat duplicem vel cotidianam[1]) et maxime in muliere et in hyeme

Qualiter ex complexione.

Qualiter ex mporibus anni.

Qualiter ex temporibus morborum.

Rubrica.

Rubrica.

Rubrica.

[1]) heißt später in diesem Zusammenhange continuam, vgl. S. 18 u. 38.

vel in sene vel in flegmatico vel melancholico, ut citrina vel subcitrina et tenuis, et quae in principio significat flegma salsum in spiritualibus vel aliud vel minorem, multo tempore praecedente significat ethicam et maxime si habeat furfureas resolutiones, # ut urina subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis et livida, et talis sine resolutionibus multo tempore praecedente, et non livida sincopim vel scabiem significat, et quae in principio apparens, dolorem capitis futurum denunciat. talis diu apparens eundem praesentem ostendit, et quae in principio cum resolutionibus significat fluxum ventris, multo tempore praecedente, si fit sine resolutionibus et livida, yposarcam notat, ut karopos[1]) et spissa et quae in principio cotidianam de flegmate dulci in spiritualibus multo tempore praecedente asclitem praesentem vel futuram ut subrufa vel rufa et spissa et quasi per totum livida, et quae in principio significat causonidem multo tempore praecedente, maxime si sit a medietate superius viridis, significat timpanitem, ut subrufa vel rufa et plus accedens ad tenuem quam ad spissam, et quae in principio notat apostema renum multo tempore praecedente ydropisim, ut subnigra vel nigra, superius livida. Inmutatur etiam a quibusdam aliis accedentibus ut ex aere secundum suas diversas mutationes, secundum quas mutatur sicut et secundum tempora anni et ex somno et vigiliis, et ex diversis animae passionibus. ¶ Utilitas urinarum est temperantiae vel distemperantiae humorum, equalitatis vel inaequalitatis cognitio. Nam per urinarum notitiam scimus, an humores sint temperati vel distemperati, aequalitas autem in hoc attenditur, quod nullus ibi dominetur, non quod tantum sit ibi de uno quantum de alio; plus enim est ibi de sanguine semper quam de aliis; secundo de flegmate, tertio de colera, minus quolibet de melancholia, sed urinarum aut significat temperantiam et aequalitatem ut illa, quae et humores temperatos et nullum in corpore dominari insinuat, aut temperantiam et inaequalitatem ut illa, quae humores temperatos et aliquod tamen dominari declarat, aut distemperantiam et inaequalitatem ut illa, quae alicuius vel aliquorum significat distemperantiam et eorundem praeter cursum nec habundantiam.

¶ Urina ergo rufa vel subrufa vel subrubea paulum perticipans rubores propter limpitudinem et mediocris cum inaequali et pura substantia temperantiam significat et humoris aequalitatem, colores enim a subrufo inferius significant excessum frigiditatis cum magis et minus. A subrubeo autem superius significant excessum caloris cum magis et minus, subrufus autem et rufus et subrubeus sunt medii, et quasi temperantiam significant. Aequalitas autem urinae notat nullam turbationem, nullam ebullitionem humorum fieri in corpore; puritas autem ostendit fortitudinem naturalis caloris potentis depurare substantiam urinae, ita quod nulla appareat ibi resolutio vel aliquid tale.

Rubrica.

(Blatt 157 recto.

Rubrica.

Rubrica

Quae utilitas urinarum.

Rubrica.

[1]) Kann auch rara heißen.

Rubrica. ¶ Urina subrufa vel rufa et mediocriter spissa cum aequali et pura substantia sanum sanguineum significat; color enim talis fit ex calore sanguinis temperato, substantia ex humiditate mediocri.

Rubrica. ¶ Urina subcitrina vel citrina et mediocriter tenuis cum aequali et pura substantia sanum significat colericum; talis similiter substantia cum tali colore fit ex temperantia caliditatis et siccitatis, aequalitas autem et puritas et in hac et in praedicta ex causa praenotata, unde si non pura sed obscura apparuerit substantia, sincopin in muliere significat, sed quare plus colorata appareat urina de sanguine quam de colera, cum colera calidior sit sanguine, quod fit, vel quia plus est de sanguine in corpore quam de colera, unde magis admiscetur urina, vel quia coloratior est sanguis quam colera; si etiam sit inaequaliter tenuis significat coleram vitellinam.

Rubrica. ¶ Urina alba et ad plus subpallida vel pallida et mediocriter spissa cum aequali et pura substantia sanum flegmaticum declarat; alba redditur ex albedine vel frigiditate flegmatis, subpallida vel pallida ex aetate vel ex tempore vel ex similibus mediocriter spissa propter mediocritatem frigiditatis.

Rubrica. ¶ Urina alba vel glauca et tenuis mediocriter cum aequali et pura substantia sanum melancholicum significat, ex frigiditate discoloratur, ex siccitate fit tenuis. Viso autem quid urinae significent temperantiam et inaequalitatem humorum videamus, quae significent distemperantiam et inaequalitatem, sed quia inter omnes humores flegmatis prius completur generatio, de ipsius inmutatione prius est videndum, cuius quinque sunt species: naturale, salsum, dulce, acetosum et vitreum, sed prius de naturali.

Rubrica. De flegmate naturali. ¶ Urina alba vel lactea vel karopos vel subpallida vel pallida et spissa cum inaequali et non pura substantia flegma significat naturale; inaequalitas perturbationem fieri significat in corpore, impuritas defectum naturalis caloris non valentis depurare substantiam urinae; sinthomata autem haec sunt: dolor capitis gravativus et maxime occipitii, in quo maxime est sedes flegmatis, sicut in anteriori parte sedes sanguinis, in dextra parte sedes colerae, in sinistra melancholiae; dolor autem ille procedit ex quadam grossa fumositate resoluta a flegmate propter indigestionem, qua petente caput tamquam caminum totius corporis et extendente et dissolvente miringas ipsius cerebri; ex tali extensione fit dolor, adest indigestio propter frigiditatem flegmatis resistentem virtuti digestivae; laterum etiam inflatio ex ventositate distendente ipsa latera, adest stomachi repletio propter habundantiam flegmatis, cum digeri non possit cum fastidio fumositate replente et inficiente os stomachi, oris insipiditas ex eadem fumositate ascendente a stomacho ad os et infitiente ipsum secundum proprietatem flegmatis, quod est insipidum, et ex flegmatica superfluitate

circa linguam condensata; adest etiam quandoque totius corporis gravitas ex flegmate gravante omnia membra.

℔ Urina lactea et spissa cum inaequali et non pura substantia et cum harenulis lapidem pro certo significat, qui si fit in renibus haec infert sinthomata: dolor et punctura renum ex ipso lapide pungente et gravante renes, dormitionem pedis ex parte renis dolentis, eo quod spiritus non possit libere transire ad pedes opilatis nervis, et mingendi difficultatem opilatis meatibus varum urinalium in ipsis renibus, inde etiam guttatim mingunt aliquando cum ardore in virga ex harenulis, sentiunt etiam dolorem testiculi illius partis ex compassione et in anchis ex lapide aggravante. Si autem in vesica fit lapis, est dolor in pectine ex lapide aggravante et etiam prurigo et in virga cum difficultate mictus, et quandoque egestionis et etiam quandoque yliaca passio. *Rubrica d lapide.*

℔ Urina lactea et spissa sine harenulis dolorem iliacum significat, qui fit ex ventositate interclusa in ileon intestino et obvolvente illud intestinum et inflante ipsum praeter naturam. *Rubrica d dolore yliac*

℔ Urina alba et spissa et quasi feculenta et apposita manu quasi cum livido et subcineritio colore per totum multo tempore praecedente leucoflantiam significat, et hanc praecedit urina alba et tenuis et aquosa cum quadam obscuritate; fit autem leucoflantia ex defectu virtutis digestivae in epate et fortidudine virtutis expulsivae, cuius haec sunt sinthomata: vehemens inflatio per totum corporis, superficies alba et mollis, digitus carni impressus signum foraminis facit, sed post caro paulatim resurgit. *de leucoflam*

℔ Urina karopos et spissa et diu talis apparens dolorem capitis praesentem et ex novo apparens futurum denuntiat; qui dolor fit ex indigestione flegmatis praedicta ratione. *Rubrica d dolore capi*

℔ Urina rara et spissa et valde turbata et pauca cum quibusdam resolutionibus rotundis vel etiam longis ventris consuevit significare fluxum, et saepius accidit, quod urina pauca cum quocunque colore cum quacunque substantia fluxum ventris significat. *de fluxu ver rubrica.*

℔ Urina rara et spissa multo tempore praecedente quasi lucida vel subcineritia per totum yposarcam significat, quae fit ex minori defectu virtutis digestivae, unde minus discoloratur urina quam in leucoflantia, nec tantam facit inflationem, sed caro pacientis fetet. *de ypasarc rubrica.*

℔ Urina rara et spissa et quasi totum livida et cum harenosis resolutionibus significat vitium lapidis; generaliter autem tales resolutiones cum quocunque colore cum quacunque substantia semper significant vel vitium lapidis vel enfraxim vel reuma # vel diuturnitatem morbi, sed non quamlibet enfraxim vel quodlibet reuma, sed vel enfraxim diu antefactam vel diuturnum reuma; undecunque autem fiant tales resolutiones fiunt calore diu agente in humores et liquidores partes consu- *Rubrica.* *(Blatt 147 ve*

mente, remanentibus ergo terestribus partibus et in eas calore diutius agente induratur illa substantia et mutatur in harenulas, sed distat utrum fiant ex lapide vel est diuturnus morbus vel reuma, quia si fiant ex lapide grossiores sunt et vix moventur a fundo moto urinali, et si moveantur statim petunt fundum et possunt apparere cum quocunque colore cum quacunque substantia, si autem fiant ex enfraxi apparent cum urina nimis tenui, si ex reuma ampullae apparentes in urina dant certum signum, si ex diuturnitate morbi per patientem certum habebit indicium. Item nota quod lividitas semper apparet propter humorum corruptionem, viriditas propter adustionem. ¶ Urina a medietate infra rara, a medietate supra livida, ita quod lividitas illa accedat ad subalbedinem apposita manu et cum spuma continua, sed si fiat de colera, similem habet urinam cum pleuresi, significat peripleumoniam; cum enim morbus iste ex omnibus humoribus habeat fieri maxime ex flegmate naturali, ex quo per ebullitionem dissoluto et descendente cum urina fit talis color, inferius contingit etiam quiddam resolvi de substantia ipsius pulmonis, quod admixtum urinae eam sic colorat inferius. A medietate vero superius fit talis ex materiei corruptione et conversione in saniem cuius pars cum vi naturae per concavam venam ad urinales meatus convertatur et per urinam per ebullitionem laevigata et superficiem calicis petens reddit urinam talis coloris; spuma continua fit ex motu pulmonis et spiritu impellente materiam et calore dissolvente ipsam; sic enim fiunt ampullae, quae simul iunctae faciunt spumam; sunt autem haec sinthomata: febris continua et acuta, pectoris constrictio, spiritus angustia, dolor quidam gravativus sub sinistra mamilla, rubor genarum, claritas albedinis occulorum.

peripleuma rubrica.

tidiana ex te naturali ubrica.

¶ Urina subpallida vel pallida et spissa cum inaequali et non pura substantia cotidianam iam factam de flegmate naturali significat, nisi aliud sit, quod sic coloret urinam, ut aetas vel completio vel similia; ex natura enim flegmatis ad plus debet esse karopos, sed ex calore febris fit subpallida vel pallida licet etiam sine febre quandoque talis in iuvene appareat vel in homine calore completionis vel uso calida dieta, cuius haec sunt sinthomata: capitis gravitas et maxime posterioris partis, indigestio laterum inflatio, parroxismus continuus ab hora tertia noctis magis incipiens et duodecim horis ad plus in summo labore, sex in falsa quiete et sex in vera, et incipit parroxismus cum magno frigore maxime a sui principio.

mate salso.

¶ Ostenso qualiter immutetur urina ex flegmate naturali, eo de flegmate salso videamus, ex quo duobus modis immutatur urina, scilicet ex qualitatibus suis vel ex sua ammixtione, ex qua redditur alba et spissa, sed tamen minus alba et minus spissa quam ex flegmate naturali. Unde Theophilus:[1]) Alba

[1]) vgl. Articella Bl. 13 v.: . . et diversas differentias flegmatis, ut est vitreum flegma et salsus(!) et sine qualitate.

et spissa urina differentiam flegmatis significat, ut est flegma salsum et caetera. Ex qualitate autem fit subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis, et per talem urinam cotidianam de flegmate salso iudicamus, et haec sinthomata: dolor capitis et maxime occipitii et dextrae partis, oris salsedinem, fastidium et abhominationem, et quandoque totius corporis gravedinem et lumborum. *rubrica de cotidian flegmate s.*

℔ Urina subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis apposita manu quasi superius livida multo tempore praecedente et cum furfureis resolutionibus ethicam significat, lividitas tamen debet apparere cum quadam unctuositate a membris resoluta; sinthomata sunt haec: calor continuus modo lentus modo acutus, calor in volis manuum et pedum. *rubrica ethica.*

℔ Urina subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis pauco tempore praecedente in superficie livida apposita manu minorem significat, quae fit ex flegmate et colera; ex colera debet urina colorari, ex flegmate discolorari, ergo ex utroque redditur in colore mediocris. Item ex flegmate spissa, ex colera tenuis, ergo ex utriusque coniunctione redditur inaequalis, sed superius ideo spissa, quia cum ipsa urina effunditur aliquid spiritus et fumositatis, quod, quia leve est, petit superiora, cui cum subtiles partes nequeant repugnare, quin ascendat, saltem spissa impellit superius, et ideo fit in superficie spissa, livida autem in superficie propter corrupti humoris admixtionem; sed paucus est humor ille corruptus et sine manus appositione vix distingitur. Accidentia sunt haec: frigiditas quaedam in extremis ab hora vespertina et hoc pro flegmate putrefacto, cuius dominium licet sit a tertia hora noctis, tamen pro colera, quae putrefit intus, citius putrescit, et sunt in nimis summo labore usque mane, inde usque ad terciam sunt in non summo labore, a tercia hora usque ad vespertinam sunt in falsa quiete, et in accione semper volunt oculis clausis iacere pro fumositate resoluta a flegmate petente caput et mollificante et humectante palpebras oculorum et nervos et lacertos eorum; eadem autem urina, quae in estate significat minorem, in hieme quandoque significat pleuresim. Nota etiam, quia in minore urina debet apparere rufa vel subrufa et spissa, per totum livida a quarto die in antea, et nota quod urina superius spissa vel a tenuitate remissa maiorem in superioribus ostendit dolorem, si autem sit inferius spissa, in inferioribus. *rubrica minori*

℔ Urina subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis et apposita manu quasi per totum livida significat flegma salsum in spiritualibus vel in matrice in muliere vel etiam in viis urinalibus in viro, quia cum materia continetur in spiritualibus calore et motu spiritualium valde ebulliens corrumpitur, facile ergo soluta in quantitate per ramum concavae venae convertitur ad urinales meatus et emissa cum urina in multa quantitate reddit eam quasi per totum lividam. Item matrix *Rubrica*

est sintina et receptaculum omnium superfluitatum, ex amixtione ergo in multa quantitate corrupta superfluitatis contentae in matrice redditur ipsa urina quasi per totum livida; accidentia materiae contentae in spiritualibus sunt haec: tussis, constrictio pectoris et angustia spiritus, materiae autem contentae in matrice haec: dolor in sinistra ypocondria[1]) cum quodam tumore, si autem in viis urinalibus continetur, adest difficultas mictus et quandoque mingitur sanguis, et fere semper cum harenulis est urina.

e sincopi et scabie.

℔ Urina subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis et cum obscura substantia multo tempore praecedente syncopim vel scabiem significat. talis color, cum substantia sit ex flegmate salso, obscuritas substantiae significat defectum naturalis caloris non valentis substantiam urinae depurare, item a materia illa scilicet salso flegmate salsa resoluta fumositas veniens ad cor pungit et mordicat spiritum et facit sincopim. Item materia illa corruptione et salsugine sui facta abhominabilis membris non recipitur ad membrorum nutrimentum, sed expulsa usque ad cutem, diutius sub cute inmorans corrumpit et putrefacit eam et postulat et ita facit scabiem, quam facile est cognosci per pustulas ipsas. Sincopis sinthomata haec sunt: defectio, angustia spiritus cum lacrimarum effusione, et quandoque cum garritu angustiantur patientes.

le flegmate dulci.

℔ Flegma dulce immutat ex substantiali ammixtione et suis qualitatibus; substantiali ammixtione, cum sit naturaliter album et spissum, albam et spissam reddit urinam, minus tamen albam quam flegma naturale, magis spissam quam flegma salsum; qualitatibus suis reddit urinam subrufam vel rufam et spissam, subrufam vel rufam pro mediocri calore sui, spissam pro humiditate. Urina ergo subrufa vel rufa et per totum spissa cum inequali et non pura substantia significat flegma dulce, et haec sinthomata: gravitatem capitis et praecipue occipitii et frontis, dulcedinem oris; ex calore enim agente in flegma # resolvitur quaedam fumositas, quae per ysofagum ascendens ad linguam inspissatur circa eam, et si febris est continua, est de flegmate dulci, quod cotidie putrefit fastidium et abhominatio ex praedicta fumositate.

Rubrica.

att 188 recto.)

de asclite.

℔ Urina subrufa vel rufa, per totum spissa et apposita manu quasi per totum livida multo tempore praecedente asclitem, parvo tempore praecedente flegma dulce in spiritualibus vel in viis urinalibus vel in matrice in muliere significat, et si febris est continua, est de flegmate dulci existente in spiritualibus; et nota, quia in subrufa vel rufa urina non distingitur lividitas manifeste, nisi apposita manu propter colorem urinae, ex asclite redditur urina subrufa vel rufa, quia licet fiat ex defectu digestivae virtutis, ex minori tamen quam aliae spiritus, unde non generatur flegma, sed aquosus sanguis; sinthomata autem

[1]) das femininum ist wohl absichtlich gebraucht, weil in matrice in muliere.

asclitis haec sunt: inflatio ventris ex materia ibi contenta, ventus repercussus resonat ut uter semiplenus, gracilitas colli et aliorum membrorum.

¶ Urina subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis, in superficie viridis apposita manu medium significat in muliere et materiam in spiritualibus vel in matrice in hieme. Item nota, quod urina subrufa vel rufa, per totum spissa quandoque redditur non tantum ex flegmate dulci, sed ex flegmate salso, sed distinguendum, quia si in principio appareat subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis, et post per totum inspissatur, de flegmate salso est, quod per urinam purgatur, inspissat eam; si vero a principio apparet subrufa vel rufa et per totum spissa, de flegmate dulci est. *De medio Rubrica.*

¶ Urina subpallida vel pallida, karopos, glauca vel lactea, mediocriter tenuis flegma acetosum vel digestum significat habundare sine febre vel cum febre; frigiditatis est urinam discolorare, siccitatis attenuare, quare flegma acetosum cum sit frigidum et siccum, urinam reddit discoloratam et tenuem, sed quia non est naturaliter sicca, quia non nisi ex infectione melancholiae non perfectae attenuat. *de flegmate acetoso rubrica.*

¶ Urina alba, lactea, glauca, karopos, subpallida, pallida, mediocriter spissa flegma acetosum digestum significat; talis est coloris ob dictam causam, talis substantiae, quia, cum sit digesta, non sic repugnat expulsioni, emissa ergo urina inspissat; flegmatis autem acetosi sive digesti sive indigesti haec sunt sinthomata: gravitas capitis maxime occipitii propter naturam flegmatis et sinistrae partis pro infectione melancholiae, inflatio laterum propter ventositatem generatam ex indigestione, acetositas oris propter fumositatem ab acetoso flegmate resoluto et per ysofagum ascendentem, et si febris est parroxismus inter horas flegmatis et melancholiae; sed nota: quia si sine febre appareat in aliquo subpallida, cum febre fiet pallida, si alba lactea, si lactea glauca, si glauca karopos, si karopos subpallida. *cum febre vel sine febre rubrica.*

Urina alba vel glauca et tenuis, sed superius minus tenuis in viris dolorem stomachi, in mulieribus vitium matricis de frigiditate significat.

De flegmate vitreo rubrica.

¶ Urina alba vel lactea, crassa, globosa et pauca significat flegma vitreum indigestum; urina talis est caloris ex natura flegmatis, talis substantiae eo, quod flegma vitreum ex nimia frigiditate congelatum pro sui spissitudine, expulsioni et digestioni repugnante et paucum emittitur, unde pauca urina, et grossum et globosum, unde et ipsa grossa et globosa, ut scilicet in ea appareat quasi quaedam gleba humoris; si autem post talem urinam sequitur alba vel lactea vel glauca et multa et tenuis, per totum significat flegma vitreum digestum; sicut enim ex congelatione et spissitudine talis flegmatis redditur *Rubrica.* *Rubrica.*

pauca et spissa, sic eiusdem dissolutione in magna quantitate et in subtiles partes calore agente in ipsum provenit multa urina et tenuis, unde Ypokras in aphorismis:[1]) quibus urinae albae, grossae, globosae et paucae non sine febribus ex his *Rubrica.* multitudo tenuis, superveniens iuvat, sed nec cum flegma vitreum sit humidum, quod debeat urinam inspissare, et tamen attenuat. Unde Theophilus:[2]) Urina alba et tenuis et multa amphimerinam deffitientem significat, id est cotidianam de flegmate soluto vitreo. Ad hoc dicimus quod cum naturale flegma fit vitreum propter nimiam frigiditatem partes depurantur et subtiliantur, licet actualiter condensentur, quod hoc exemplo ostenditur: cum frigiditas agens in glatiem fit inde cristallus, quae actualiter spissior est glatie, cum tamen subtiliores habet partes, quod substantiae claritas manifestat; flegma ergo vitreum digestum dissolvitur et in subtilissimas partes resolvitur, quia nimis est frigidum; dicimus ergo, quod omnis humor, cuius substantia composita est, ex spissis partibus urinam inspissat; si vero ex tenuibus sit, ut flegma vitreum sui admixtione urinam attenuat. Item notandum est differentia urinae, flegmatis vitrei digesti et melancholiae naturalis; differunt autem, quia ex melancholia in principio redditur tenuis, sed si ex flegmate tali veniat, praecedit crassa et globosa. Sinthomata autem flegmatis vitrei, sive digesti sive indigesti, sive cum febre sive sine febre sunt similia sinthomatibus flegmatis acetosi et naturalis, nisi quod ex hoc fiunt violentiora, et si fit in stomacho tortio intestinorum et tenasmon et quasi perforatio cum terebello. Unde G. in libro de interioribus: videbantur mihi intestina quasi terebello perfor(ata), ultimo clisterizatus sale et oleo emisi flegma. Casseg(oras)[3]) vitreum appellavit. si vero fit cotidiana de flegmate vitreo praeter supra dictum, patiens omni *de cotidiana de flegmate vitreo.* nocte debet infestari nimia frigiditate, post pauco calore, dolore stomachi, gravedine capitis, extremitatum nimia frigiditate.

ℸ De sanguine.

Quia sanguine secundo a flegmate completur generatio, consequenter de immutatione urinae ex sanguine dicamus, ex quo redditur subrubea vel rubea propter calore(m) et spissa propter eiusdem humiditatem. Urina ergo subrubea vel rubea et spissa per totum sanguinis habundantiam significat. Sinthomata haec sunt: rubor genarum, inflatio venarum, dulcedo oris, dolor acutus frontis, ubi est sedes sanguinis principalis.

---

[1]) IV, 70. Quibus urinae, grossae, globosae, paucae non sine febribus multitudo veniens ex his tenuis iuvat, maxime vero talia veniunt, quibus ex principio aut celerius hypostases fiunt. (Articella Bl. 28 r.)

[2]) Urina tenuis et alba multum micta in febribus amphimerinis deficientem febrem significat per huiusmodi humorem. (Articella Bl. 27 v.)

[3]) De Renzi M. S. III. S. 17 Mitte »Anassagoras«, hierzu Anm. 4. Cod. Par. 6964 Cassegoras, Cod. Flor. Erescecoras.

De sinocha inflativa rubrica.

¶ Urina subrubea vel rubea, per totum spissa, sine lividitate superius et sine fetore sinocham[1]) inflativam significat; est autem sine lividitate et fetore, quia non est humor corruptus et putrefactus, cuius admixtione fiat lividitas et fetor; sanguinis enim quantitate sine putridine[1]) habundat. Si vero fit subrubea vel rubea et spissa, superius livida manu apposita et cum fetore significat sinocham putridam vel sinochum, quod idem est; et nota quod in tribus speciebus sinochi variantur urinae: in aumastico a principio apparet urina subrubea, quae cotidie plus coloratur usque ad statum et dicitur aumasticus ab augmento tas[!][1]); in omotheno a principio subrubea vel rubea, et talis perseverat et dicitur omothonus, id est vis tenoris; in epagmastico in principio est subrubea vel rubea, sed citissime in colore remittitur et dicitur epagmasticus quasi decrescens, et in omnibus apparent urinae spissae et superius lividae et fetent. Accidentia sunt in omnibus: dolor capitis et praecipue frontis, rubor genarum, dulcedo oris, inflatio venarum; in sinocha inflativa et maxime circa spiritualia febris adest continua[1]) sine requie, in nocte apparitio quasi[1]) lampadarum.

De sinocho et eius speciebus rubrica.

Rubrica.

Rubrica.

De causonide rubrica.

¶ Urina subrubea vel rubea, mediocriter tenuis causonidem significat, quae[1]) fit in principio ex colera, secundario ex sanguine.

De sinochide rubrica.

¶ Urina subrubea vel rubea et mediocriter spissa sinochidem significat, quae[1]) fit principio ex sanguine, secundario ex colera. In his autem conveniunt sinthomata et sanguinis et colerae, cum uterque humor sit in colera. De his dicit G.: Quod habent matutinam requiem non tamen plene mundam remissionem, quia in mane membra sanguine asperguntur et confortantur, laborant autem siti intolerabili, dolore frontis, vigiliarum instantia, ventris constipatione.

De tympanite rubrica.

¶ Urina subrubea vel rubea et spissa, a medietate superius viridis timpanitem vel apparatum ad timpanitem significat; et fit timpanites ex multo calore epatis, ex quo aduritur humor in epate, qui emissus cum urina superhabundans in ea reddit eam viridem. In his ventus repercussus sonat ut tymphanum, et cum debilitetur virtus digestiva pro excessu caloris, generatur multa ventositas, quae contenta intra tympana laterum inflat ea. Sequitur unde fiat viriditas et inspissatio # cum timpha- *(Blatt 158 verso)* nites non fiat ex humore resoluto, quod multa[m] ebullitione[m] fit *a'o (?)* humoris adustio, quarum admixtione fit viriditas et inspissatio. Et

[1]) Bei Henschel Janus 1846 S. 58/59; von (sinocham bis fetore) fehlt .... putredine .... talis .... continuo .... quiete .... cum capitis dolore .... qui .... qui ..... causa .... dicitur hoc .... iugi in statu.

Nota: nota, quod ex colera quandoque redditur urina subrubea vel rubea et spissa sicut ex sanguine, sed differt, quia ex sanguine redditur talis ab ipso principio egritudinis, sed ex colera non nisi post principium scilicet cum digesta emittitur cum urina.

¶ De colera.

Tertio videndum, qualiter mutentur ex colera; sed colerae quinque sunt species: naturalis, citrina, viridis, prassina, eruginosa, et ideo de naturali videndum, quae quandoque putrefit intra vasa quandoque extra vasa, dico venas et arterias, et cum putrefit in vasis quandoque in subtilissimis venis oris stomachi, pulmonis et epatis, et tunc facit causon, quandoque in aliis vasis et facit alias febres.

¶ De causon(ide) rubrica.

Urina subrubicunda vel rubicunda et tenuis et lucens velud ignis causon significat; talis color fit ex calore colerae et nimia ebullitione et putrefactione ipsius in praedictis locis et valde calidis, tenuis et lucens ideo, quia angusta sunt nimis vasa illa, unde resudat ex eis et coloratur id, quod subtilius est et liquidius, quod immixtum urinae reddit eam tenuem et lucidam; sinthomata cuius sunt quae in causonide scilicet capitis nimius et tantus, quod videtur patienti clavos infixos esse capiti, et hoc fit per caliditatem et siccitatem et nimis violentam fumositatem resolutam a materia causonidis, quae petens cerebrum facit dolorem; sitis maior quam in causonide, quia immoderata, ita quod bibendo non cessat, et hoc pro nimia caliditate et siccitate colerae desiccantis os stomachi, quandoque nigredo linguae ex fumositate propter nimiam ebullitionem adusta et denigrata et inspissata circa linguam, calor nimius, febris valde acuta et intensa, ex calore naturali putrefacta in aliis vasis fit terciana cotidiana, unde haec urina.

¶ De terciana cotidiana[1]) rubrica.

Urina subrubea vel rubea, mediocriter tenuis, quasi per totum perturbata tercianam cotidianam[1]) significat, quasi per totum perturbata propter turbationem et ebullitionem factam in vasis; per ebullitionem enim fit aliquarum partium inspissatio. Cum enim vasa illa sunt ampliora praedictis et ipsorum viae parum largiores, spissae etiam partes colerae cum subtilibus emittuntur cum urina, quare urina perturbatur et accedit ad spissitudinem; sinthomata autem eadem sunt in hoc quae in causonide, nisi quod sunt remissiora. Notandum autem, quod *Nota.* in his febribus aliquando frenesis supervenit, cuius haec sunt signa pronostica: urina discoloratur et attenuatur sine deffectu febris, alienatio a fine, (?) instantia vigiliarum, motus oculorum et manuum. Aliquando putrefit colera extra vasa, et quando-

[1]) vgl. S. 38, heißt dort deutlich continuam.

que etiam illo loco tercianam et illo tempore et tunc facit simplicem tercianam vel putrefit in diversis locis et diversis temporibus, et fit terciana dupplex; de simplici autem haec est rubrica.

¶ De simplici terciana rubrica.

¶ Urina subrubea vel rubea et tenuis simplicem tercianam significat, et si non sit febris, calefactionem epatis. Talis color fit pro calore et colore colerae rubicundo, talis substantia pro siccitate; sinthomata autem haec sunt: dolor capitis et praecipue temporum et dextrae partis, et si colera fit in stomacho sitis, amaritudo oris pro amara fumositate resoluta a colera et ascendente per ysofagum et inspissata circa linguam, dolor lumborum pro parte colerae et furiositate defluente ad lumbos et renes cum urina, tinnitus aurium, instantia vigiliarum, quibus convenit maxime vomitus; si fit in epate sinthomata erunt remissiora, sed siccitas oris multa, constipatio ventris, si fit in intestinis quantitatem habundans fluxus adest, tortio intestinorum, si qualitatem, constipatio adest colum egerendo; differentia etiam est in urina. Nam si praedicta urina fit superius attenuate[1]) remissa, significat tertianam simplicem de colera existente in stomacho, et hoc ideo, quia ex ebullitione fit aliquanta partium inspissatio, et cum colera admiscetur urinae spissae et aliquid fumositatis ommittitur cum ea; quod ergo est ibi pervium, spiritui cedit illi exeunti, quod vero non, impellitur ad summum calicis et ita remittitur urina attenuate[1]) in superfitie ex illis spissis partibus impulsis ad superficiem; si vero putrefiat in spiritualibus vel in matrice, redditur urina lucida vel viridis in superficie, et hoc propter motum spiritualium et calore eorum et ebullitione, unde colera aduritur, quae adusta et laevigata petens superfitiem urinae, reddit eam viridem; sed cum pauca sit colera illa, non potest distingui nisi manu apposita, si autem putrefiat in cisti fellis vel in epate, quod est fundamentum caloris et secundae digestionis, et quia ibi fit colerae generatio, redditur urina magis tincta, quasi crocea; sunt et alia significata urinae, subrubeae vel rubeae et croceae, quasi croco tinctae; significant enim calefactionem epatis et alia, sed sic distinguenda.

¶ De calefactione epatis rubrica.

¶ Urina subrubea vel rubea et crocea quasi croco tincta significa(n)t epatis calefactionem; tenuis fit ex colerae siccitate, tincta ex nimio acumine colerae et ebullitione ipsius, cuius haec sunt sinthomata: dolor capitis et praecipue temporum et dextrae partis, sitis, siccitas linguae et palati et asperitas, dolor quandoque cum diuturna inflatione in dextro ypocondrio, color fatiei citrinus, et maxime cum diuturna febre, epatis calefactio. Urina multa et secessus paucus ex siccitate epatis multum de succositate ab intestinis attrahentis.

[1]) an anderen Stellen a tenuitate.

¶ De terciana in aestate.

Urina subrubea vel rubea et tenuis in aestate significat tercianam, in autumpno talis a medietate superius crocea et *de quartana notha.* nimis tenuis et limpida significat erraticam vel quartanam notham de colera adusta scilicet melancholia innaturali, et maxime in autumpno vel hieme; melancholia innaturalis nimis calida est et acuta et sicca, quare talis fit color. Nimia siccitate fit talis substantia, hanc febrem acuta sequuntur sinthomata: laborantes enim siti et labore afficiuntur maiori quam de colera naturali laborantes, quandoque colera putrefit extra vasa in diversis locis et diversis temporibus, et tunc facit dupplicem tercianam, cuius haec est rubrica:

¶ De duplici terciana rubrica.

¶ Urina subrubea vel rubea, superius spissa, inferius tenuis, accedens in superfitie ad subnigredinem vel obscuritatem significat dupplicem tercianam; subnigredo et obscuritas fit ex adustione materiae, sinthomata sunt haec: dolor capitis praecipue temporum, amaritudo oris, dolor lumborum ex parte colerae ad lumbos et renes descendentis, et parroxismus omni die vel de tertio in tertium b'(reviter) et de tercio in tercium plus affligit, quandoque post horam prandii solet incipere, aliquando colera putrefit in illo solo loco et alius humor cum ea scilicet flegma vel melancholia, si colera intus et flegma extra minor fit emitriteus, si colera extra et flegma intus medius, de quo haec est rubrica.

¶ Urina subrubea vel rubea, superius spissa, inferius *de medio* tenuis, viridis in superfitie medium significat emi(triteum) vel pleuresim; sed si non vireat nisi manu apposita medium, si sine manu id est distincte pleuresim, sed tam in du(plici) terciana quam in medio mediocriter tenuis, materiam significat indigestam, mediocriter spissa materiam digestam; hoc dico, ne quis fallatur. In medio pro flegmate intra vasa continuo ebulliente colera, extra vasa nimium ebullit et ex parte aduritur. Emissa ergo cum urina, cum sit adusta et laevigata petit superficiem urinae et reddit eam viridem; si sit pauca, non potest distingui nisi manu apposita; sinthomata haec sunt: dolor capitis, ardor oculorum, insompnietas quandoque, quandoque cum garritu et falso somno, ut semper oculis clausis velint iacere; saepe ab ipso principio fit fluxus ventris in tertia vel quinta die et in aliis creticis diebus, ex quo non recedit febris, fit constipatio, sitis cum asperitate linguae et siccitate ab augmento in antea, afflictio continua et calor continuus, sed de tercio in tercium diem gravior, a tercia vel sexta hora diei inchoans, et sunt in nimis summo labore XXIIII horis et XII in non tam summo et aliis XII in falsa quiete. Nam summus labor est usque III vel VI horam diei secundae, a III vel VI diei usque ad III vel VI noctis est labor sed non tam summus,

a quarta hora usque ad III vel VI horam terciae ♯ diei est in falsa quiete. Siquidem vireat sine manus appositione significat pleuresim, quod est collectio facta in pelliculis costarum vel in diaphragmate et fit saepius de calidis et acutis humoribus. Unde Ypocras:[1]) Accidit ut valde pleuretici fiunt. Ergo pro calore et acumine morbi et quia collecta est in calidis membris, et quia sunt in motu continuo urina illa maxime ebullit et aduritur; per ramum ergo concavae venae ad urinales meatus conversa in multa quantitate admiscetur urinae, quae quia est adusta et laevigata, petit superiora et reddit urinam viridem, et quia multa pars materiae est adusta, viriditas apparet et sine manus appositione. Sinthomata autem pleuresis sunt: febris continua, dolor acutus sinistrae lateris, angustia spiritus, tussis, angustia pectoris, et in peripleumonia, quae similem habet urinam cum pleuresi, quando fit de colera, eadem sunt sinthomata, nisi quia dolor est minor propter pulmonem, qui est membrum insensibile.

(Blatt 159 recto) rubrica de pleuresi.

Nota.

¶ De colera citrina rubrica.

¶ Urina subcitrina vel citrina et aequaliter tenuis coleram citrinam indigestam significat habundare sive cum febre, sive sine febre, quae fit ex amixtione colerae naturalis et flegmatis naturalis, unde frigiditate et humiditate flegmatis reprimitur calor cum siccitate colerae naturalis, spissitudine flegmatis remittitur tenuitas colerae albedine, rubor, et ita fit colera citrina, ex qua redditur urina minus colorata et tenuis quam ex colera naturali, sed colera citrina aut digesta aut indigesta. Indigesta reddit urinam subcitrinam vel citrinam et multum tenuem, eo quod cum sui indigestione repugnet nec expellenti, non emittitur aliquis grossus humor cum urina, cuius admixtione remittitur tenuitas ipsius. Ex colera citrina digesta redditur urina subcitrina vel citrina et mediocriter tenuis, quia, cum propter digestionem non repugnet expulsioni, aliqua superfluitas, aliquis grossus humor emittitur cum urina, unde remittitur a tenuitate, et fit mediocriter tenuis. Sinthomata tercianae nothae de colera citrina sunt: repletio stomachi, fastidium et abhominatio de tercio in tercium diem circa sero invadit propter naturam flegmatis et colerae, morsus oris stomachi, dolor acutus capitis et praecipue temporum et dextrae partis, sitis, amaritudo oris, dolor lumborum; similia enim inducit sinthomata sinthomatibus colera rubea, nisi quod ex colera citrina erunt remissiora, unde ratio eadem debet assignari de sinthomatibus; colera enim ex calore agente in ea resolvitur in fumum, qui petens caput tamquam caminum totius corporis, cuius extendens miringas solvit continuitatem et facit dolorem et praecipue in temporibus pro caliditate et siccitate temporum et ipsius colerae et maxime dextrae partis, quae est calida et sicca,

de terciana de colera citrina.

[1]) vgl. Articella Bl. 43 v. de pleuresi; Acide eructuantes non valde pleuretici fiunt.

Rubrica. sitis ex caliditate et siccitate colerae desiccantis os stomachi. Alia patent subcitrina vel citrina cum resolutionibus similibus amilo, quandoque significat mulierem concepisse; subcitrina *Rubrica.* etiam vel citrina in puero usque ad XVIII annum significat duplicem vel minorem, si etiam in principio morbi talis appareat, significat duplicem vel continuam in qualibet aetate, sed prae- *Rubrica.* cipue in muliere et in sene et in flegmatico vel melancholico, et in hieme vel autumpno.

¶ Urina subcitrina vel citrina et valde tenuis et clara signi- 10 ficat dominium quarti humoris in iuvene et scotomiam et indigestionem, et haec tria principaliter: vitium splenis, siccitatem epatis, vitium pectoris et praecipue cum ampullis pro nimia claritate reverberante aciem visibilem spiritus; magis tenuis apparet et in prima parte quam in alia et quasi virgata cum *de splene.* significat vitium splenis. Splen nomen est membri et duritiei ipsius, cum ergo pro splene indurato et inflato comprimantur viae urinales, non potest aliqua superfluitas nec aliquis grossus humor cum urina emitti, quare emittitur subtilius et liquidius, unde talis apparet urina; sinthomata splenis sunt haec: tumor 20 oblongus sub sinistro ypocondrio cum duritia, dolor capitis et temporum maxime et sinistrae partis praecipue, indigestio, laterum inflatio post cibum, gracilitas colli et extremitatum, pallor et macies faciei et totius corporis, quandoque gravitas crurum et coxarum, difficultas et pigritia ad motum in toto corpore et maxime coxarum et ad montana praecipue. Cum splen comprimat epar, nec depuret ipsum a melancholica superfluitate, debilitatur et calor et virtus digestiva in epate, quare indigestio, ex qua resoluta ventositas grossa inflat latera et maxime post cibum, quia tunc debili calore agente in ipsum 30 resolvit in grossam fumositatem et ventositatem, dolor et duritia in sinistro ypocondrio ex eadem ventositate, gravitas crurum et coxarum pro eadem petente inferiora, difficultas et pigritia ad motum ex eadem opilante nervos motivos et auferente aditum spiritui alii et maxime per montana, splene subprimente diafragma, pallor et macies faciei pro frigiditate et malo nutrimento. Nam propter indigestionem generantur crudi humores, qui non respondentur ad nutrimentum membrorum. Quare autem ex siccitate epatis talis urina appareat est ratio, cum epar multum siccum attrahat ab intestinis de succositate et 40 extenuat, cuius haec sunt sinthomata: dolor dextri ypocondrii et videtur patienti quod quasi facula ardens ascendat ab inferioribus usque ad gulam et ibi faciat ardorem, ex sicca et calida fumositate, dolor in dextra parte capitis, sitis et siccitas oris, *de vitio pectoris.* paucitas secessus in urina significante . . . .[1]) vitium pectoris sunt ampullae ex fluxu humorum a capite. Nam cum humor a capite defluat, spiritus quidam ante impellitur, sed quia viae urinales remotae sunt a cerebro, cum illuc usque spiritus per-

[1]) kleiner Zwischenraum von 4-5 Buchstaben, vielleicht um vitium pectoris hervorzuheben.

venerit, extenuatur et minoratur; in pauca ergo quantitate interclusus liquori facit parvas ampullas. Vitium autem et constrictionem pectoris significat, quia, cum meatus ad spiritualia sit manifestior et spiritualia sint propinquiora cerebro, humor iste plus defluit ad spiritualia; color et substantia urinae significant adhoc siccitatem membrorum et maxime eorum, quae sunt naturaliter sicca et ossuosa scilicet pectoris. Sinthomata sunt: sitis, desiderium attrahendi humida aera, tussicula sicca cum siccitate gulae et palati.

¶ De sincopi rubrica. 10

¶ Urina subcitrina vel citrina et tenuis cum obscura substantia in muliere sincopim significat; talis enim color non significat naturalis caloris defectum in muliere in epate, cum in muliere debeat esse naturaliter discolorata obscuritate substantiae, significat debilitatem caloris et non in epate, ergo in corde. A corde enim et epate calor toti corpori inest, debilitato ergo calore in corde fit sincopis; sinthomata haec sunt: defectio cordis, tremor, difficultas inspirandi et respirandi, ita quod vix flatus tenere possunt. Urina subcitrina vel citrina, quae in aestate significat simplicem tercianam, in hiemes ignificat duplicem vel continuam propter tempus, tamen si sit iuvenis vel colericus contra tempus potest talem habere urinam cum simplici terciana in hieme. *Rubrica.* *Rubrica* 20

¶ De colera vitellina rubrica. *Rubrica.*

¶ Urina subcitrina vel citrina et tenuis, superius minus tenuis accedens ad spissitudinem coleram significat vitellinam, quae fit ex amixtione colerae naturalis et flegmatis vitrei; nam cum flegma vitreum admiscetur colerae naturali, eius frigiditate remittitur caliditas colerae, maiori eiusdem spissitudine remittitur tenuitas et subtilitas ipsius, unde urina redditur minus colorata et minus tenuis quam ex colera naturali; talis enim urina significat principaliter oris stomachi et capitis vitium, et non solum haec urina, immo generaliter est verum de qualibet urina, quia si superius est spissior quam inferius, vel inferius tenuis, superius remissa a tenuitate, superiorum partium significat laesionem magis, si inferius sit spissior quam superius vel minus tenuis quam superius, inferiorum partium magis lesionem significat. Sicut enim humores spissi vel minus tenues vel adusti et laevigati spiritu impellente et fumositate petunt superiorem partem calicis, sic spiritu et fumositate impellentibus petunt superiores partes et eas laedunt, et sicut videmus humores graves sui gravitate repugnare spiritui et fumositati impellentibus et petere inferiorem # partem calicis (*Blatt 159 verso*) et reddere urinam spissam inferius vel minus tenuem, sic et in humano corpore inferiora petunt et ibi lesionem faciunt. Cum ergo colera vitellina est in calice et partes eiusdem minus 30 *Nota.* 40

tenues non cedunt spiritui et fumositati impellenti, impelluntur ad superiora et ad os stomachi maxime, quod est frigidum naturaliter. Quia ibi perficitur desiderium, quod habet fieri per frigiditatem ad confortationem, cuius naturaliter mittitur flegma, quod frigidum est, quare spiritu et fumositatibus impellentibus colera(m) vitellina(m) mittitur ad os stomachi, si *a'o sol'o (?)* quaeritur, quare similiter non impellitur illuc colera citrina vel naturalis, dicimus, quia cum earum partes sint subtiliores, cedunt spiritui et fumositatibus impellentibus; sed partes vitellinae, cum sint graviores propter flegma, non cedunt.

Rubrica. ¶ Urina subcitrina vel citrina et tenuis in iuvene acute febricitanti pessima est, significat enim materiam indigestam et compositam, quae multo tempore indiget ad sui digestionem, unde prolixitas morbi, ideoque timendus egri deffectus, nisi alia bona signa affuerint.

Rubrica. ¶ Urina a subcitrino colore usque ad rubeum et tenuem multo tempore praecedente et maxime in autumpno vel hieme significat erraticam vel quartanam, cum debeat de naturali melancholia esse discolorata, tamen pro febrili calore redditur colorata praeter naturam; vidi etiam urinam inopos cum spuma aliquantum crocea idem significare multo tempore praecedente.

de colera prassia et eruginosa. ¶ Ex colera prassica et eruginosa raro immutatur urina nisi in acutis febribus et tunc ex utraque redditur viridis et spissa, ex aeruginosa tamen accidit ad subnigredinem. Urina ergo viridis et spissa significat febrem acutam de colera prassica, nigra vel subnigra de colera aeruginosa cum aliis malis signis significat mortem, cum bonis salutem et morbi defectionem per futurum, viridis yctericiam; talis enim urina significat adustionem materiei, alia bona signa significant fortitudinem naturae, quae licet possit contra adustam materiam, tamen non potest eam adustam ex toto frigidare; facit ergo quod potest, expellit eam ex interioribus ad exteriora scilicet ad cutem; facta ergo materia ilia subcutanea et inficiens cutem secundum se facit yctericiam, viridis cum aliis malis signis pro certo declarat mortem; alia enim mala signa significant defectum naturae et debilitatem, natura itaque debili ab acuta aegritudine infestata et magis debilitata succumbit et aeger mortis iudicio condempnatur.

¶ De melancholia innaturali.

¶ Ultimo videndum de melancholia, quia ita est in massa sanguinea ut fex in vino, sed melancholia aut naturalis aut innaturalis inmutat urinam secundis modis: substantiali ammixtione et suis qualitatibus, qualis suis reddit urinam subrubeam vel rubeam et tenuem, a medietate superius croceam cum febre, sine febre subcitrinam intensam et tenuem. ¶ Urina ergo subcitrina intensa et tenuis melancholiam innaturalem habundare significat sine febre.

ℸ De quartana ex melancholia innaturali. *Rubrica*

ℸ Urina subrubea vel rubea et tenuis et a medietate superius crocea significat quartanam notham de melancholia innaturali praecipue in autumpno multo tempore praecedente; tunc enim certius est signum, quod fiat ex melancholia innaturali propter qualitates suas, in aestate autem significat simplicem tercianam, quia tunc plus disponitur a colera, talis enim quartanae haec sunt sinthomata: dolor acutus capitis pro acumine materiei et maxime temporum, sitis, siccitas linguae et palati, parroxismus de quarta [!] in quartum diem cum rigore et modico colore; quod si fit cum frigore hoc potest fieri tribus de causis, quas in terciana vera reddere solemus; substantialis admixtio melancholiae innaturalis reddit urinam subnigram vel nigram et spissam, quae quandoque significat mortem quandoque salutem et post purgationem melancholici humoris vi naturae, si fit talis et multa in die cretico cum aliis bonis signis et praecedentibus signis digestionis, significat salutem et infirmi liberationem. Unde Theophilus:[1]) quartanario soluto et melancholico humore exeunte urina apparet nigra. Si vero fit subnigra et spissa et pauca cum aliis malis signis mortem iu viro sine dubio significat, fit autem talis urina quandoque ex mortificatione et tunc est obscura et praecessit livida: obscuritas enim fit ex frigiditate mortificante et obscurante quandoque ex adustione et tunc est clara et praecessit viridis, et claritas illa fit ex calore mediante et depurante substantiam ipsam et utraque istarum quandoque salutem significat cum aliis bonis signis in acuta egritudine, ita dico si fit multa quandoque mortem cum aliis signis malis si sit pauca. Nam cum talis urina significat adustionem vel mortificationem et alia mala, significat defectum naturae, cum ab acuto morbo natura multum infestatur, omnino debilitata succumbit et aeger mortis iudicio condempnatur; in muliere vero pauca non semper significat mortem, sed si diu talis apparuerit, mortem; in primis enim movetur natura ad expellenda superflua per menstrua vel per urinam; humor enim et praecipue materia melancholica opilant meatus urinae et non possunt libere exire, et cum debeat purgatio fieri per menstruam, non ita exeunt per urinam habundantes ideo pauca primum, sed post exeunt in multa quantitate et fit multa urina et liberantur, si vero diu pauca perseveraverit mortale, quia significat mortificationem vel adustionem, unde est nigra, prius vero erat nigra ex admixtione melancholicae materiae, quae maxime purgatur per menstrua. Nunc autem ex mortificatione vel adustione et destingue, si praecessit livida et sequitur nigra ex mortificatione, quia frigidas mortificans agens in materiam constringit et inspissat igneas partes cum aeriis in aquosas ex aquoso et terrestri, id est ex albo et nigro fit

[1]) Articella Bl. 14 r.: quartanario soluto et melancholico humore per urinas exeunte urinae pingues apparent et nigrae.

lividus color; si vero diutius perseveraverit, frigidas aquosas etiam inspissat et constringit in terrestres, et fit niger color, significans completam mortificationem; si vero praecessit viridis et sequitur nigra significat adustionem, quia calor fortis agens in aquosas partes cum aeriis resolvit ipsas in igneas, ex igneo et terrestri, id est ex rubeo et nigro fit viridis color, quod si diutius perseveraverit calor adurens, igneas partes etiam inspissat et condensat in terrestres, et fit nigra significans completam adustionem.

¶ De melancholia naturali.

Naturalis melancholia qualitatibus suis et substantiali admixtione ex qualitatibus melancholiae naturalis redditur urina alba vel lactea, karopos, pallida vel subpallida et tenuis et hoc ex frigiditate et siccitate melancholiae, ergo est haec rubrica.

¶ Urina alba vel glauca, karopos, subpallida vel pallida et tenuis significat dominium melancholiae naturalis; huius autem urinae multa sunt significata, quia aerii, significant enim dominium quarti humoris, indigestionem, diabetem, menstruorum retentionem, splen, ydropisim, frenesim, nefresim, artheticam, scotomiam, epilemciam, solutionem amphimerinae, mortem in acuta febre; distinguendum ergo de singulis:

¶ De dominio melancholiae rubrica.

¶ Urina alba vel lactea vel glauca, karopos, subpallida vel pallida et tenuis, si nil eorum quae dicemus apparuerit, nec cibi et potus multitudo praecesserit, quae quandoque talem facit urinam, significat dominium melancholiae, cuius haec sunt sinthomata: indigestio[ne], ventris et laterum inflatio, gravitas capitis et maxime sinistrae partis, vigiliae multae, malae suspiciones in somnis pro infectione cerebi et demigratione, gravitas crurum et coxarum, totiusque corporis pigritia, difficultas ad motum et maxime ad montana et saepissime vitium scotomiae, ut quando se ad terram flectant, quandam patiantur oculorum tenebrositatem. Phy[sica?] cum melancholia frigiditate sua reprimat colorem et eadem frigiditate et siccitate repugnet digestioni, fit indigestio, per quam resoluta multa et grossa ventositas contenta in lateribus inflat ea, eadem petens caput facit dolorem. Ex eadem petente inferiora fit gravitas crurum et coxarum et pigritia corporis ex defectu nutrimenti omnibus membris ablati.

¶ De indigestione rubrica.

¶ Urina talis et multa, cibis et potibus praecedentibus vel paucis et frigidis si nullum eorum signorum quae dicemus apparuerit, significat indigestionem. Nam cum cibi et potus assumuntur in maiori quantitate, quam debeant et quam natura valeat digerere et excoquere, non fit in eis tanta ebullitio quanta

deberet, nec calidorum humorum generatio, ex quorum admixtione debeat colorari. Remanet ergo alba et tenuis, ut debet esse naturaliter, post[ea] # multa pro multidudine assumptorum, (Blatt 160 rec
ex quibus multa succositas generatur et per urinam emittitur, talis urina potest apparere in colerico et tunc non significat dominium quarti humoris, sed indigestionem; tantum similiter ex frigidis cibis frigidus generatur humor, unde fit indigestio; haec autem sinthomata comitantur indigestionem: gravitas capitis, inflatio ventris et laterum, gravitas crurum et coxarum, et totius corporis pigritia.

¶ De diabete rubrica.

¶ Urina alba vel lactea vel glauca, karopos, subpallida, pallida cum resolutionibus oblongis et carnosis multa et saepe micta cum siti continua diabetem significat; diabetes dicitur transitus, eo quod urina continuo pertranseat, et fit ex multa calefactione et desiccatione renum. Nam renes multum calefacti et desiccati desiderant humectari, attrahunt ergo humiditatem et succositatem ab epate antequam digeratur et immutetur, quare calor naturalis et virtus digestiva debilitatur et fit indigestio; cum vero meatus sint nimis apperti in renibus propter calorem, non retinetur humor in renibus, ut inde humectentur, sed descendit et emittitur alba et tenuis; pro continua ergo calefactione et desiccatione renum continuo attrahitur ab epate succositas, quare epar ratione vacuitatis ab intestinis appetit in stomacho stomachos ab exterioribus; continua ergo evacuatione continua fit sitis, et quia saepe succositas a renibus ad vesicam mittitur et ab ea ad exteriora saepe mittitur. Carneae resolutiones fiunt ex calore resolvente substantiam renum. Ex diabete sequitur indigestio causa praedicta et totius corporis siccitas; finis huius passionis saepe solet ydropisis, quam fit crudorum humorum generata propter indigestionem et cetera.

¶ De retentione menstruorum rubrica.

¶ Urina alba vel lactea, glauca, karopos, subpallida, pallida et tenuis diu apparens in muliere cum resolutionibus scamosis et nigris menstruorum significat retentionem; per menstrua licet superfluitates omnium humorum mundificentur maxime tamen superfluitates sanguinis melancholici, id est frigidi sicci. Eis ergo retentis per colligantiam debilitatur caliditas et virtus digestiva in epate, quare fit indigestio et melancholici humoris generatio, quare talis color et substantia in urina, sed cum resolutionibus aliquae partes sanguinis melancholici retentae in matrice superfluitates per urinales meatus veniunt ad vesicam, et admixtae cum urina apparent scamosae et nigrae. Sinthomata autem haec sunt: inflatio laterum, dolor sinistri ypocondri; et quandoque utriusque, gravitas crurum et coxarum, dolor in spatulis propter colligantiam.

¶ De splene rubrica.

¶ Urina alba vel lactea, glauca, karopos, subpallida, pallida et nimis tenuis ita etiam quod clara et limpida quam dicebat Platearius[1]) virgatam id est cum virgulis extensis per medium splenem significat, sed non sub principio talis appareat; non enim tam cito solet talis apparere. Sunt autem haec sinthomata: duritia et inflatio splenis et inflatio sinistri ypocondrii, maxime post cibum assumptum, gravitas capitis et maxime sinistrae partis, pigritia et difficultas ad motum maxime ad montana, pallor fatiei et fatiei maties. Splen enim depurat a melancholica superfluitate, remanens ibi debilitat caliditatem et virtutem digestivam in epate, quae fit indigestio. Item ex splene per colligantiam deprimuntur viae naturales, quare non potest aliquid grossum emitti, cuius admixtione immutetur urina multum vel in colore vel in substantia, quare remanet discolorata et tenuis, ita quod prae nimia claritate reverberante radium visibile spiritus tenuior apparet in illa parte quam in alia. Item a melancholica illa superfluitate resoluta fumositas facit dolorem in capite, inflationem in lateribus, dolorem in sinistro ypocondrio, splene indurato et inflato et maxime post cibum, quia tunc pro defectu caloris, grossae ventositatis maior fit gravatio et indigestio, difficultas et pigritia ad motum pro eodem petente inferiora et principia motivorum nervorum opilante et maxime per montana, splene subprimente diafragma, pallor fatiei et maties pro frigiditate et defectu nutrimenti.

¶ De leucoflantia rubrica.

¶ Urina alba vel glauca, karopos, subpallida, pallida et tenuis cum lividitate quadam et obscuritate multo tempore praecedente significat ydropisim, principium scilicet leucoflantiae, alba et aquosa ex indigestione. Unde fit generatio frigidi humoris, sed non tam aquosi et spissi, quod urina debeat inspissari; lividitas fit ex deffectu naturalis caloris, obscuritas ex corruptione humoris, confirmata autem ydropisi apparet urina alba et spissa et livida.

¶ De frenesi rubrica.

¶ Urina alba vel lactea, glauca, karopos, subpallida vel pallida et tenuis praecedente subrubicunda vel rubicunda et tenuis, nulla praecedente naturali vel artificiali purgatione significat frenesim cum alienatione mentis. Frenesis est alienatio mentis cum febre acuta apposita scilicet facta in fantastica cellula, aliquando materia causon(idis), tunc calore proprio, tunc calore et motu membrorum, in quibus continetur, valde ebulliens aduritur et laevigatur, quae adusta et laevigata petens caput et collecta miringis, quae sunt in anteriori parte capitis, frenesim

[1]) Hier ist Platearius erwähnt, der bekannte Salernitaner aus dem Anfange des 12. Jahrhunderts.

facit, cum primo praesentia materiei et purgatione ipsius per urinam coloraretur urina, materia fellea rapta superius apparet urina discolorata et tenuis, et cum sit collecta in membro principaliori et ab acuto morbo, affligitur multum, natura magis intendit contra morbum et eius materiam et locum, in quo continetur. Ea ergo non intendente in epate, ut digerat cibum, fit indigestio, quare urina alba et tenuis. Sinthomata autem frenesis haec sunt: febris acuta, mentis alienatio, sitis, quandoque putant totum lectum frustatim paleas esse, unde festucam quaerentes et non invenientes irascuntur sicut testatur G. de se ipso; quandoque videtur eis, quod ante eos sint muscae et similia.

¶ De nefresi rubrica.

¶ Urina alba, lactea, glauca et tenuis, praecedente lactea et spissa, si non praecedente purgatione materiei, nefresim id est lapidem confirmatum significat. Nefresis dicitur passio renum a nefron, quod est ren, inde neffroettaron, id est purgens renis, et non quaelibet passio renum dicitur nefresis sed cum est ibi dolor ex lapide, cum prius materia contenta in renibus non esset in lapideam transmutata essentiam ex toto emissa cum urina reddebat eam albam et spissam, cum ipsa esset talis caloris et substantiae; sed confirmato lapide constringuntur viae naturales, nec potest aliquo emitti, quod debeat urinam inmutare, quare emittitur discolorata et tenuis. *Rubrica.*

¶ De arthetica rubrica.

¶ Urina alba, lactea, glauca, karopos, subpallida vel pallida et tenuis cum resolutionibus parvis, albis et athomis significat artheticam universalem vel particularem. Arthetica dicitur passio artuum, cum ergo materia, quae facit artheticam ut flegma, ex quo fit saepius vel alia continetur in artubus, agit contra eam natura cum calore dissolvendo, expellendo, consumendo. Sed quia illa membra dura sunt et nervosa, parum de eis resolvitur, et ita fiunt resolutiones parvae, albae, quia de nervis albis et rotundis ut athomi; et nota tales resolutiones cum quolibet colore apparentes significare artheticam, quod si diu talis fit passio, sequitur claudicatio, si fit pedis, fit pes podragicus, si manus, fit ciragria.

¶ De scotomia rubrica. *Rubrica*

¶ Urina alba, lactea, glauca, karopos, subpallida vel pallida et valde tenuis et nimis clara et limpida et quasi cum quadam parva viriditate significat scotomiam, quae dicitur tenebrositas oculorum a scotosi quod est tenebrae; scotomia autem sepius fit ex melancholia, ex qua grossa et nigra resoluta fumositas, petens cerebrum infitiens spiritus et obvolvens in capite facit scotomiam; fit autem urina alba et tenuis pro multa frigiditate

et siccitate, nimis clara et limpida pro multa siccitate; sunt autem haec sinthomata: dolor capitis et praecipue frontis, tenebrositas oculorum, obvolutio anteriorum et, si rotas respexerint vel aquam rapidi fluminis attente inspexerint, cadunt; fastidium et abhominatio sepe contingit eis.

¶ De epilemcia rubrica.

¶ Urina alba, lactea, glauca et tenuis et plumbea, id est (Blatt 160 verso) quasi colorem plumbi cum albedine # retinens epilemciam significat. Epilemcia est opilatio principalium ventriculorum cerebri cum diminutione sensus et motus. Epilemcia cum fiat ex flegmate, non bona celebratur digestio, frigiditate materiei repugnante digestioni et spirituibus nec sic praeeedentibus per membra propter opilationem et etiam natura intendente contra morbum et eius materiam, unde non sic est intenta in epate, remanet ergo urina discolorata et tenuis et cruda et plumbea ex mortificatione, quia opilantur meatus spirituum. Sunt autem sinthomata: gravitas capitis, totius corporis pigritia, obscitio, manuum palpatio, in ipsa accessione motus et sensus fit dimi. nutio, ut in minori vel eorundem ex toto, defectio ut in maiori- pollutio quandoque urinae etiam involuntaria emissio et casus,

¶ De solutione amphimerinae.

Rubrica. ¶ Urina alba et tenuis et in effusione multa in die cretico praecedente alba, grossa, globosa et pauca solutionem amphimerinae significat, id est cotidianae de flegmate vitreo.

¶ De acuta febre.

Rubrica. ¶ Urina alba et tenuis in acute febricitante cum aliis malis signis mortem, cum bonis salutem per apostema factam sub frenibus vel sub diafragmate significat; talis urina in acute febricitante significat solutionem vel raptum materiei ad superiora vel remotionem ipsius a fundamento caliditatis et a viis urinalibus. Alia mala signa insinuant naturae debilitatem; natura ergo debilitata, cum non possit contra materiam indigestam et cum multum ab acuto morbo affligitur, antequam morbus ad statum veniat, omnino debilitata succumbit, sed si alia signa sunt bona, significatur futura salus per apostema factum sub diafragmate; alia enim bona signa declarant vim naturae, quae bene potest contra materiam digestam, sed cum longo tempore indigeat ad sui digestionem, natura prolixitate temporis in parte debilitata, non potest facere perfectam crisim, facit ergo quod potest. Expellit materiam ab interioribus ad exteriora et magis ad inferiora, materia frigida sui frigiditate cooperante naturae. Nota ergo, quod cum tot sint significata discoloratae et tenuis urinae, saepe medicus haec ignorans in eius iudicio frustratur, sed indigestionem per ipsam iudicando numquam falletur. Nam quaecunque praedictorum significet, semper tamen significat indigestionem.

¶ De apostemate epatis rubrica.

¶ Urina purpurea et spissa, superius viridis, cum spuma citrina epatis significat apostema, quod quandoque fit in gibbo epatis quandoque in sima; si sit in gibbo, tactu percipi potest. Nam patiens ibi se non permittit tractari. Sunt autem haec sinthomata: febris acuta, dolor ypocondrii dextri procedens interdum usque ad dextrum iugulum, quando materia apostematis multa est, ventris constrictio, sitis nimia, siccitas linguae et quandoque nigredo et dolor capitis, maxime dextrae partis; phisica de materia ebullit in epate, quaedam purpurea succositas resolvitur de substantia epatis; talis enim coloris est epar, quae admixta urinae reddit eam purpuream, per ebullitionem pars materiae aduritur, quae emissa cum urina petens superfitiem reddit eam viridem; de etiam materia ebullit in epate nimis fumositas per ebullitionem resoluta, interclusa liquori facit spumosam et citrinam, quia resolvitur a colera et citrina materia. Nam cistis fellis comprimitur et ab epate, tunc et ita colera exit et admiscetur urinae.

¶ De apostemate renum. *Rubrica.*

¶ Urina subnigra vel nigra et spissa et superius livida apostema renum significat. Renes attrahunt partem massae sanguineae et maxime massam melancholicam cum urina ad nutrimentum posteriorum, quae sunt frigida et ossuosa et melancholica; si ergo in maiori quantitate attrahunt quam debeant, vel si fit nimis grossa et viscosa, non potest transire ad posteriora et penetrare, vel est corrupta, quare non attrahitur a posterioribus; remanens ergo in renibus collecta facit apostema, pars ergo illius materiae, quae cum nigra et melancholica per ebullitionem resoluta admixta cum nigra et melancholica materia et emissa cum urina facit colorem lividum. Sinthomata autem haec sunt: renum dolor immoderatus, ventris constipatio, saepe cum dolore iliaco, difficultas mingendi, dormitio pedis dextri vel sinistri.

¶ Signa rupturae apostematum.

¶ Notandum autem quod signa rupturae apostematum interius existentium quandoque habemus per urinam quandoque per egestionem. Si per urinam, urina magis turbida et spissa et quandoque saniosa apparebit, et si dimittatur in fundo quasi gleba humorum apparebit, si per egestionem ipsa ergo erit sanguinea quandoque saniosa.

¶ Urina pauca trium est significativa: scilicet vel fluxus ventris vel pessimitatis materiae vel desiccationis membrorum, si in principio talis appareat.

¶ Urina kianos et turbulenta saepe rupturam venae in renibus significat. Eius est cura praecipua minutio de vena interioris tali dextri et exhibenda sunt diuretica, sed non

multum calida, quia potius dissolverent, sed etiam addendum est aliquod conglutinativum in siropo dando ei ex diureticis ut diagraganti vel gumi arabici.

¶ [1]) Urina habens superius ampullas parvas paucas et seiunctas fluxum humorum a capite significat.

¶ Omnis urina in acute febricitante bona apparens vel meliorata nulla praecedente purgatione signum malum et mortale, et maxime in pleuresi et peripleumonia, nisi materia adeo pauca sit, quod se ipsam consumat, vel natura eam consumat et expellat; praecedente vero purgatione signum bonum et salutare.

¶ Omnis urina ab alba usque ad citrinam cum valde tenui substantia significat dominium quarti humoris et indigestionem et scotomiam.

¶ Omnis urina cuiuscumque coloris, tenuis et virgata vitium splenis significat, sed si sit tenuis et limpida cum colore significante excessum caloris, simul significat vitium splenis et epatis.

¶ Omnis urina a subcitrina usque ad rubeam multo tempore praecedente significat erraticam vel quartanam maxime in autumpno vel hieme, sed per multum tempus intelligo a duobus mensibus usque ad septimum, si vero annus praecesserit, vel duo iudicamus, vel ethicam vel ydropisim secundum colorem urinae.

¶ Omnis urina a principio multa, mala. Nam habundantiam humorum et prolixitatem morbi significat, nisi sit in collectionibus ut in pleuresi et peripleumonia; nam tunc bonum significat et purgationem materiae incipere fieri.

¶ Si sit tussis vel constrictio pectoris et ampullae non sint in superfitie urinae, non est ex reumate sed ex suppressione diafragmatis vel alia de causa.

¶ Si urina spumosa appareat in urina significante frigiditatem de indigestione, est aliter ex ebullitione.

¶ Ex omni prolixo morbo solet sequi vitium splenis, sed maxime ex quartana.

¶ Urinae, quae in aestate significant simplicem, in hieme significant dupplicem vel continuam nisi aetas impediat.

¶ Urinae quae in aestate significant minorem, in hieme significant pleuresim vel duplicem vel continuam.

¶ Idem fere significat urina subrufa vel rufa in hieme, quod subrubea vel rubea in aestate.

¶ Urina subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis livens in superficie significat minorem emitriteum in aestate, in hieme vero saepe cotidianam de flegmate salso.

[1]) In den jetzt folgenden Abschnitt gehören wahrscheinlich die auf Seite . . . stehenden Rubriken von fol. 174 v. des Codex.

¶ Urina viret quandoque ex calefactione epatis.

¶ Pleuresis saepius ex calido humore quandoque ex frigido, peripleumonia econverso unde quandoque urinae sunt similes.

¶ Urina in interpolatis in die accessionis post accessionem solet esse coloratior in die quietis, minus colorata in die accessionis, ante accessionem tunc minus ceteris colorata.

¶ Urina significans minorem emitriteum saepius in hieme significat materiam in spiritualibus collectam ad apostema vel non collectam.

¶ Urina inopos et cum spuma aliquantulum crocea significat calefactionem epatis, et praesentem yctericiam vel futuram et multo tempore praecedente quandoque erraticam vel quartanam.

¶ Urina livida et quasi lotura carnis subnigra vel nigra et superius livida et multa, in muliere est signum salutis et menstruorum fluxum futurum denunciat.

¶ Urina in principio spissa, post attenuata vel econverso bonum significat.

¶ Urina cito coagulata post mictum circa statum aegritudinis bonum signum, quia significat materiam digestam. Unde ex indigestione urina non cito coagulatur, coagulata autem multis de causis habet fieri quandoque ex nimia aeris caliditate, quandoque ex nimia frigiditate, quandoque ex perturbatione et commotione urinae, quandoque ex digestione, quandoque ex humorum turbatione et corruptione.

¶ Cum mulier concepit menstruis caret. Menstruus ergo sanguis in principio retentus antequam depuretur et transmutetur in sperma, quandoque in matrice per venas resudat in vesicam et inficit urinam, unde urina in prima die vel secunda septimana apparet in peripleumonia existente rigore, fastidio, capitis gravedine. Praeterea cuiusdam mulieris salernitanae urinam inspexi, quam peripleumonia laborare cum aliis civitatis iudicavi, quaesivi tamen si anxietatem haberet vel stomachi subversionem, quod totum adesse proprius eius vir testatus est. Unde conieci quia sanguine menstruali retento, propter retentionem talis erat urina, et dixi eam esse praegnantem, praecepi ut omni die mihi afferet urinam, quo facto secundo die minus apperuit turbata, tunc minus et sic tandem facta est clara, quia menstrualis sanguis non infitiebat urinam, immo vigore naturae sperma augebatur. Quia vero in eadem muliere demum colorata apparuit, praecepi, quia de viri et mulieris calido spermate et in dextra parte matricis concepisset, dixi quia masculum concepit et ita fuit. Unde has duas regulas composui de conceptione:

¶ Urina inferius subrufa vel rufa per totum turbulenta mulierem praegnantem significat, quae talis apparet prima die vel secunda ebdomada muliere existente sana.

℔ Item si urina appareat aurea vel citrina cum pura substantia, gravida est.

℔ Quoniam interiorum membrorum passio ex resolutio(ne) sepius manifestatur, ipsarum noticia breviter est assignanda. Est autem resolutio non varietas et earum multiplex significatio. Quaedam resolutiones sunt harenosae, quaedam sunt harenulis similes, quaedam sunt ab humoribus, quaedam ex tertiae digestionis superfluitatibus, aliae de vesica aut de renibus aut ab aliis membris solidis, de singulis dicamus. Resolutiones harenosae rotundae sunt et parvae et, quamvis moveantur, statim petunt fundum; sunt enim de grossa et ponderosa substantia resolutae; si vero sunt albae, lapidem significant praesentem vel futurum in vesica, si vero rubeae lapidem renum praesentem vel futurum, quod sit fit, subveniendum est ut in stranguiria; similes harenulae sunt molles tactu. Resolutiones humorum dinoscuntur ex eo, quod resistentes quandam massam faciunt continuam et demoventur, disperguntur et urinam turbant, et usque ad multum tempus non resident, quae si sint rubeae fiunt de sanguine, si crocei coloris coleram manifestant, maxime si exeunt cum arsura virgae, si sunt albae in flegmate, si crocei coloris a melancholia naturali, si nigrae a melancholia innaturali. Tunc ergo humor cum propria purgatione est purgandus; generaliter ergo humorum turbationem manifestant, unde natura mittitur se exhonerare et purgare. ℔ Resolutiones ex tertiae digestionis superfluitatibus dicuntur sedimina, quae cognoscentur subtilitate et resident, quod si in fundo vasis fit, ypostasim fatiunt, in medio eneoiruma,[1]) in superfitie vero nephilem vel nubem horum significata. Non imperitiae causa sub silentio pertransimus, sed quia medicorum usui vix occurrere consueverunt, ipsa etiam parum certidudinis sit datura. ℔ Resolutiones a vesica aliae sunt; a vesica aut sunt furfureae aut scamosae, furfureae sunt furfuribus similes, et demonstrant ulcerationem ex scabie secundum illud Ypocratis:[2]) Quibuscumque in urinis furfurea mingitur, his vesica scabit.

℔ Resolutiones scamosae sine febre significant vesicam resolvi, cum febre totius corporis solutionem. ℔ Resolutiones pilis similes quandoque fiunt ex ipsa renum substantia et determinantur ita, siquidem tactu non facile franguntur et cum urina colorata exeunt et superfitie aliquantulum oleagina ex renum substantia fiunt, maxime si apparent in corpore macilento et in calore distemperato, quod si sine his indiciis pilosae apparent, ex humore fiunt. ℔ Resolutiones ci(trinae)[3]) et albae membrorum significant resolutiones et ethicam.

---

[1]) Erfurt Q. 182 Bl. 285 1 Col. unten: eneoreuma; Art. Petr. Pom. Bl. 15 r. ff. eneorima.

[2]) Art. Bl. 28 r.: Quibus in urina pingui existente furfura minguntur, his vesica scabit. (Aphor. Ypoc. IV, 78)

[3]) Lücke von ca. 6 Buchstaben.

¶ De flegmate naturali.

¶ Urina alba vel lactea vel karopos vel subpallida vel pallida et spissa cum inaequali et non pura substantia, flegma significat naturale. Sinthomata haec sunt: dolor capitis gravativus et maxime occipiti, indigestio, laterum inflatio, stomachi repletio cum fastidio, oris insipiditas, totius corporis gravitas, sed maxime si subpallida vel pallida significat cotitianam de flegmate naturali, cuius parroxismus incipit a tercia hora noctis cum maximo frigore, maxime a principio et habent XII orahs ad plus in summo labore, VI in falsa quiete, VI in vera.

¶ De lapide.

¶ Urina lactea et spissa cum inequali et non pura sub stantia vel karopos et spissa et quasi per totum livida et cum harenulis lapidem significat, qui si fit in renibus, facit dolorem et puncturam renum et in anchis, dormitionem pedis ex parte renis dolentis et dolorem testiculi eiusdem partis et mingendi difficultatem cum ardore, unde guttatim mingunt aliquando; si autem fit in vesica facit dolorem in pectine et pruritum in virga cum difficultate mictus et quandoque egestionis et etiam quandoque yliacam passionem.

¶ De dolore yliaco.

¶ Urina lactea et spissa sine harenulis dolorem yliacum significat, quod fit ex ventositate interclusa in yleon intestino.

¶ De Leucoflantia.

¶ Urina alba et spissa et quasi faeculenta et apposita manu quasi cum livido et subcineritio colore per totum multo tempore praecedente leucoflantiam significat et hanc praecedit urina alba et tenuis et aquosa cum quadam obscuritate. Sunt autem haec sinthomata: vehemens inflatio per totum corpus, superfities alba et mollis, digitus carni impressus facit signum foraminis, sed post caro paulatim resurgit.

¶ De dolore capitis.

¶ Urina karopos et spissa et diu talis apparens dolorem capitis praesentem et ex novo apparens futurum denunciat.

¶ De fluxo ventris.

¶ Urina karopos et spissa et valde turbata et pauca cum quibusdam resolutionibus rotundis vel etiam longis ventris consuevit significare fluxum et saepius accidit, quod urina pauca cum quocumque colore cum quacumque substantia ventris fluxum significat.

¶ De yposarca.

¶ Urina karapos et spissa multo tempore praecedente, quasi livida vel subcineritia per totum yposarcam significat,

quae non tantam facit inflationem, quantam leucoflantia, sed caro patientis faetet.

¶ De peripleumonia.

¶ Urina a medietate infra karopos, a medietate supra livida ita quod lividitas illa accedat ad subalbedinem apposita manu et cum spuma continua peripleumoniam significat, cuius sunt [sinthomata]:[1]) febris continua et acuta, pectoris constrictio, spiritus angustia, dolor quidam gravatus sub sinistra mimilla, rubor genarum, claritas albedinis oculorum.

¶ De cotidiana de flegmate salso.

¶ Urina subrufa vel rufa superius spissa, inferius tenuis significat cotidianam de flegmate salso et haec sinthomata: dolor capitis et maxime occipitii et dextrae partis, oris salsedinem, fastidium et abhominationem et quandoque totius
(Blatt 161 verso) corporis # gravedinem et lumborum, sitim et tinnitum aurium; parroxismus a meridie incipit cum parvo frigore, sed post sequitur calor.

¶ De ethica.

¶ Urina subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis apposita manu cum quadam unctuositate quasi superius livida multo tempore praecedente et cum furfureis resolutionibus ethicam significat. Sinthomata sunt haec: calor continuus modo lentus modo acutus, calor in volis manuum et pedum.

¶ De minori.

¶ Urina subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis, parvo tempore praecedente in superfitie livida apposita manu minorem significat, sed a quarto die in antea debet esse per totum livida et spissa. Sinthomata sunt: frigiditas quaedam in extremis ab hora vespertina et sunt in nimis summo labore usque mane, inde usque ad terciam sunt in non summo labore, a tercia hora usque ad vespertinam sunt in falsa quiete, in accione semper volunt occulis clausis iacere.

¶ De materia contenta in spiritualibus vel in viis urinalibus vel in matrice.

¶ Urina subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis vel per totum spissa, flegma dulce et apposita manu quasi per totum livida significat flegma salsum in spiritualibus vel in viis urinalibus vel in matrice. In spiritualibus haec sunt sinthomata: tussis, constrictio pectoris et angustia spiritus; materiae autem contentae in matrice haec: dolor in sinistro ypocondrio cum quadam tumore; si autem in viis urinalibus continetur, adest difficultas mictus et quandoque mingitur sanguis et fere semper cum harenulis est urina.

[1]) Kleine Lücke in der das Wort sinthomata stand, aber ausradiert ist.

¶ De sincope.

¶ Urina subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis et cum obscura substantia multo tempore praecedente significat scabiem vel sincopim, et idem significat in muliere subcitrina vel citrina et tenuis cum obscura substantia, cuius haec sunt sinthomata: defectio cordis, angustia spiritus cum lacrimarum effusione, et quandoque cum garritu angustiatur paciens.

¶ De medio.

¶ Urina subrufa vel rufa, superius spissa, inferius tenuis, in superfitie viridis apposita manu medium significat in muliere et materiam in spiritualibus vel in matrice in hieme.

¶ De cotidiana de flegmate dulci.

